

[nisi de novo confirmetur] die. 21. Septem
bris, anni Domini. 1611.

¶ Circa hanc concessionē aduerte, Primo q
ratione cōmunicationis [vt dicit pater Magi
ster à Veracruce] ceteri Mendicātes vti pos
sunt hac concessione, & gratia : & eam sibi
accōmodare. Secundo, q Priores, & Guardia
ni, quibus respondēt Prēpositi seu Rectores
possunt prēdicta priuilegiata Altaria in suis
Ecclesiis nominare, l. designare. Et. 3. q Cle
rici ibi celebrantes non gaudēt hac gratia, &
concessione, quia pro Religiosis tantum est
concessa. Ultimo aduerte, q Missa debet dici
p defūctis, vt illis proficit per modū suffragij.

¶ Pius. 5. Romæ, apud Sanctum Petru sub
anulo Piscatoris, die. 22. Augusti, anni Do
mini. 1571. Pontificatus sui anno. 6. ad ins
tantiam fratris Ferdinandi de Paz Procura
toris Provinciæ Mexicanæ, Ordinis Sancti
Dominici, concessit, q Altare maius S. Do
minici de Mexico, Sancti Dominici de Hua
xacac, Sancti Dominici Ciuitatis Angelorū,
Sancti Dominici Yancuitlan, Sancti Pauli
de Tepuzcollula, Sancti Ioannis Baptistæ
de Coyohuacan, Sancti Dominici de Atla
cuihuayan, Sancti Dominici de Izzyucan,

San